



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici  
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

**Soto, Domingo de**

**Venetiis, 1608**

4 Licitnumne sit aduocato pretio patrocinarium non.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

gumentum, de illo qui bona fide causam suscipit, quam post contestatam litem intellexit esse iniquam, additionis est ambiguitatis. Respondet enim S. Thom. quod non debet eam prodere, ut alteram partem iuret lecta iniusta causa relegendum, esset enim tunc prauaricator, iuxta ca. Si quem perituerit. 2. q. 3. quod iam exposuimus, sed debet eam dissimulante defendere. At vero solutio hæc an iam contra se afferri arguendi. Si quis enim accusatori patrocinaretur contra aliquem in causa capitali, quem decurrente causa euidenter posset esse innocentem, ac ne retur causam prodere, ut eum à morte liberaret. Immo veto agere testem eius innocentiam, & transire ad defendendum eius causam. Nam innocentiam tanto potitur iure, ut etiam iudex (ut supra dicebamus) cur illa esset cognita, ad id ipsum teneretur, nedum advocatus. Conceditur ergo huius argumenti conclusio. Nec S. Thom. loquitur nisi in communi ordine & stylo iuris. Quin etiam si causa in re grauissima versaretur, quæ paulo minoris æstimaretur quam mors. Ut si quæstio esset de celeberrima fama & honore statumque alicuius illustris, idem pro meo capri censerem. Hoc sub aliorum censura duverim, dummodo advocatus non sub dubio id nosset, sed certissima scientia. Et præterea dum id posset facere absque scandalo, & præmissa fraterna admonitione, qua id comminaretur accusatori, nisi desisteret. Et dando quam posset operam ne accusatoris vita periclitaretur. Sed tamen si videret quædam de illo nequam desiperet ut respiceret reueneret, profecto cum eius periculo id posset facere. Imò si citra suum ipsius detrimentum id posset, arbitror teneretur. Et vice versa illi qui reum mortis defenderet, quamuis nosset iniuste se protegere, nec tamen liceret causam eius prodere, licet deberet deserere causam, si nullo cum colore tueri posset.

ARTICVLVS IV.

Utrum licitum sit advocato pretio patrocinari.

Secundum Augustinum. Equitur deinde de stipendio patroni, utrum sit licitum? Arguitur namque

à parte negatiua: Opera misericordiam non sunt inuitu humana retributionis exhibenda, secundum illud Lucæ 14. Cum facis prandium aut cenam, noli vocare amicos tuos neque vicinos diuites, ne forte ipsi te reuincant, patrocinari autem ut articulo primo dicebamus, officium est misericordiam, ergo gratis est impendendum, eo potissimum quod est spirituale opus, & spiritualia non licet temporalium æstimatione tribuere. Secundo arguitur. Iudici, quia persona est necessaria in iudicio non licet quidpiam ab alterutra parte litigantium recipere, ut Augustinus ait contra Macedon. & refertur 14. quæstio quinta canon non sanè. Ad uocatus est etiam necessaria persona, ergo neque illi id licet. In contrarium est ibidem Augustinus ubi ait quod aduocatus licite vendit iustum patrocinium, & iusperitus verum consilium.

Ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prior: Licetum est aduocatum suum patrocinium pretio æstimare. Facilius est ex superioribus eius collectio. Nam quæ hominis propria sunt, neque alieni de iustitia debet, citra iniuriam potest vendere, quia nemo quæ sua sunt gratis donare tenetur. Scientia autem iuris periti, & aduocati solertia & prudentia, sunt propria ipsorum bona, sicuti & scientia medici & cuiusvis doctoris alius facultatis, neque illa rigore iustitiæ semper alijs debet, ergo tunc poterit pretio illa æstimare ac venditare. Posterior conclusio: Si quis istorum per improbitatem aliquid ultra modum extorqueat, mortali peccat, idque contra iustitiam. Patet conclusio in primis auctoritate Augustini eodem loco, ubi ait quod ab his extorta per immoderatam improbitatem reperi solent, data vero per tolerabilem consuetudinem non solent, scilicet reperi. Et ratio deinde est in promptu, nam eiusmodi officia pretio sunt æstimanda, in his autem quæ pretio penduntur excessus pretij iniustitiam operatur. Cui quidem rationi applaudit lex etiam civilis. C. de postular. l. si qui. Circa priorem autem conclusionem dubitas forsitan quomodo sit æstimandum huiusmodi patrociniorum pretium utrum consistat in indivisibili, an potius latitudinem permittat ut possit quisque pacisci quantum velit?

Secundum.

August.

Prima conclusio.

Ratio conclusio.

Ultima conclusio. Probatio. Ratio conclusio. Dubium.

O  
e  
d  
s  
s



velit? Arguitur enim quod tantum cuique petere liceat, quantum exprimere valuerit, quoniam re vera scientia hominis est sicut margaritarum quod nihilo certo aestimatur pretio, sed prouoluntate contrahentium. Immo omni est margarita pretiosior, secundum illud Prouerb. 6. Posside sapientiam, quia auro melior est.

**Solutio.** Respondetur nihilominus aduocatorum pretium, perinde, atque aliarum rerum duplex esse, ut lib. 6. dictum sumus scilicet & legitimum, & naturale. Legitimum inquam quod lege taxatum est, consueuerunt enim lege taxari mercedem operarum ministrorum iustitia? videlicet tam scribarum, quam aduocatorum, atque aliorum ut scilicet pro tali scripto tantum ei spendatur pretium, & pro tali, tantum. De quibus utique pretijs dubitari non licet, quin sit peccatum iniustitia quidquam ultra exactio suscipere, & qui plus percipit, ad restitutionem tenetur, si lex modo sit in usu recepta, neque annuente principe abrogata. Quoniam ut lib. 1. dictum est, leges obligant conscientiam, atque ille potissimum, quae de rerum aestimatione iusta causa feruntur. Et est profecto iustissima, patrociniis praestandis responsisque ferendis mercedes lege publica statuere. Alioqui cum litigantes ab vna parte pudor suffundat, si parum conferant, ab altera vera vincendi auditas extimulet, non possunt non esse immodica. Qua utique ratione visu maxime fieri solet ut litres nutriantur, & vitrauis pars vincat, maior tamen fortis portio caudidicis obtingat. At vero quando mercedis non sunt lege constituta, quia neque omnes commode possunt, tunc superest dubitandi ratio, utrum iuriconsultorum quantum exprimere potuerit exigere liceat? Tunc enim in militate videtur argumentum quod supra fecimus de rebus pretiosis, quae tanti sunt quanti vendi possunt. Respondetur nihilominus id non esse licitum. Nam rerum ut lib. 6. dictum sumus, aliae sunt non simpliciter ad usum humanum necessariae, quae idcirco licet tantum aestimentur, quantum vendi possunt, non vergit in reipublicae perniciem. Sed aliae sunt humano vsui omnino necessariae, ut frumentum, vinum, lana, &c. quae etiam iniuriam distrahunt nequeunt nisi iusto pretio, pro ratione temporum, & locorum. Atque huius generis sunt forensia mune-

ra. Quare optime ait Augustinus, quod exorta per immoderatam improbitatem repeti solent. Improbitas enim si non dicitur nisi instantiam petendi, non continet iniustitiam, sed quando est immoderata, hoc est excessiua respectu iusti pretij. Et sic est intelligenda posterior nostra conclusio. Quocirca neque scriba, neque aduocatus, quantum libuerit, exigere potest, imo vero neque recipere. Nam etsi gratis auctori illa pretia videantur conferri, nunquam tamen re vera conferuntur, nisi coacta voluntate. Sunt fateor praestandi labores, quos studens ad comparandam iuris peritiam exhauriunt, & quos faciunt sumptus, & pro omnibus ingenium eorum & scientia, sed tamen cum moderamine, habita qualitate & quantitate causae, & litigantium possibilitate. Neque vero audienda eorum sunt haec obtendicula. Atque enim non possunt aliter suum sustentare statum, cum iam status eorum & conditio non sit ipsorum iudicio aestimanda, qui illas sibi viarum fastuosas pompas. Si enim scriba & vicia & vestitu nobilitatem praese ferre contendunt, & aduocari illustrium statum, non debent illos splendores misericorum sumptibus sustentare. Vnum autem prouidendum in re cautum est, ne aduocatus de quocumque pacificatur scilicet de medietate, aut de tertia, aut duabus tertijs, &c. v. habeatur. C. de postulati l. si qui, & illi c. Bar. & Litem. C. proci & l. sumptus ff. de pac. Et fuit optima ratio legis, nam illa via inferret fraudes & technas, quas aduocatus viuaciter excogitaret. Imo vero eadem ratione, quid quid nonnulli Glossatores in tractatum iustitiae, neque licet pacio de aliqua certa quantitate sub conditione victoriae, quae sit tamquam honorarium. Non eadem omnino offerretur tunc nefanda fraudibus occasio. Sed tantum licet pacio absolute de tanta quantitate in viciosa parte euascerit causa.

Ad primum igitur argumentum tantum respondeo, quod non quidquid homo potest, facere debet per misericordiam, sed hoc tantum nos admonet Euangelium, ut eorum qui per misericordiam exerceamus, à Deo solo expectemus mercedem. Quare ubi causa pauperis te cogit, ei parcitotiari, id debes solo diuino iuramento facere. Non tamen (ut supra diximus) tenemur semper ad talia opera, sed vendere sum potest

**Scrupulus.**

**Solutio.**



QVÆSTIO IX.

DE CONTVMELIA.

S.Tho. 2. 2. quæst. 72.

ARTICVLVS I.

Utrum contumelia consistat in verbis.



Xpeditis verborum iniurijs, quæ forensi iudicio accidere solent, progredendum nobis est ad illa etiam injuriosa verba quæ extra iudicium viu veniunt.

potest homo patrocinium. Nam efficiencia res sit spiritualis ratione subiecti, non tamen illius est generis spiritualium quæ gratis accepimus gratisque debemus, immo nostro sudore & vigilis parta nobis est, vt lib 9 sub tit. de simo. liquidius fiet. Secundum argumentum discrimen petit inter iudicem testem, & aduocatum. Nam cum singuli istorum veritatem prorsus tueri debeant, perinde scilicet aduocatus vt reliqui, nulla apparet, ratio cur huic potius quam alijs, pro defendenda veritate, liceat mercedem recipere. Est tamen de sermone quod finis proprius iudicis ac testis est iustum & veritas in communi, sine respectu actoris vel rei ob idque ob veritatem dicendam neutri illorum quidpiam recipere licet: Scopus autem aduocati non est iustum simpliciter, sed iustum clientis sui, cuius causam omnibus suis viribus protegit, altera neglecta, & ideo non solum, vt aliqui putant, pro labore, sed pro ipso patrocinio & defensione veritate potest mercedem suscipere, sicut doctor pro veritate docenda quam dilucidat. Nihilominus autem restat, & inter iudicem & testem differentia, quod iudex non solum pro veritate pronuntianda nil potest à litigantibus percipere, quia est communis vtrique, sed neque pro labore & studio id sibi licet, sed respublica debet illi prouidere tanquam persone publicæ. Non quod iure nature id sit prohibicum, immo si nullus efferret metusne intuitu pretij in alterutram partem corruptus propenderet, ius nature non prohibet quin possit à litigantibus aliquid recipere, sed propter talem metum iure ciuili cautum est, vt atriario publico sustentetur. At vero testis quia non est vsque adeo persona publica, sed citatur ab illa parte cui interest, quamuis pro veritate dicenda nil possit recipere, quia quicumque parti debet eam synccere proferte, tamen pro labore suo recipere potest pretium ab eo a quo citatus est. Cum autem iudicem negamus quidquam recipere posse, inficias non imus quin pro subscriptione aut citationis aut sententia quidpiam ei constitui lege possit. Hæc enim meditatio non est præsentis loci.

Quæritur ergo primo de contumelia, utrum consistat in verbis. Arguitur enim à parte negatiua. Contumelia nomen est nocuenti, verbo autem nullum nocuentum videtur inferri, sed factis potius læditur vel persona vel honor eius ergo contumelia non in verbis, sed in factis contingit. Secundo de honoratio quæ verbis fit suum habet peculiare nomen vituperij & conuitij, hæc autem a contumelia differre videntur, ergo contumelia non consistit in verbis. In contrarium est quod solum verbum auditu percipitur, contumelia autem ad aures pertinet, secundum illud Hierem. 20. Audiui contumelias in circuitu, ergo contumelia est in verbis.

Quinque sunt capitales iniuriarum species verbalium extra iudicium, nempe contumelia, detractio, susurrus, irrisio, tumelia & maledictio. Contumelia autem, & detractio primo per se differunt ex obiecto. Contumelia enim est iniuria quæ contra honorem alterius fit. Detractio vero est famæ læsio. Differunt namque honor & fama, quod honor est reuerentia alicui propter aliquam excellentiam ac potissimum propter virtutem exhibita. Fama vero, vt habetur in glos. cap. vestra, de cohabita. cleric. & mulie. est illæx dignitatis status vita & moribus comprobata. Vel si cum theologis ac philosophis loquamur, est clara illa notitia quam alij de nobis habent. Itaque esse potest honor sine fama, & è diuerso. Exhibetur enim reue-

Primū argum.

Secūdū.

Differētia con- & detra- ctionis.